

Octobris incipiant mane canere primam; puellae post capitulum mixtum accipiant. A Kalendis quoque Novembris incipiant ante nocturnam XXX psalmos canere et post nocturnam similiter, donec luceat, et incipiant matutinos; puellis vero post capitulum mixtum accipientibus a cellararia aliquid pulmenti ministretur. A Pascha autem usque ad Kalendas Octobris ante nocturne officium, post decantationem VII psalmorum, residentes in choro cum puellis psallant tacito XV psalmos, tripertite sicut illos VII. Tunc decantatis cum nocturna matutinis, si necdum luceat, aut in oratorio peculiares agant orationes aut in lectulis se reclinent; ut vero dies illuxerit, surgant protinus^a lotaeque ingrediantur oratorium psallantque ut in nocte VII psalmos. Deinde convenientes in claustris intente meditentur in libris. Post hec canatur prima cum VII psalmis et letania, dein missa matutinalis. Deinde convenient in capitulum. Post capitulum autem singule in opus sibi eant iniunctum. Postea signo pulsato cantetur tertia, deinde missa. Post missam puelle ebdomadariae^b ac cellararia mixtum accipiant, ut hora refectionis sine murmure serviant sororibus¹. Ceterae omnes lectioni studeant. Ad² horam vero refectionis, post decantationem^c sexte hore, cum audierint^d cymbalum, cito^e et ordinate^f sine ullo stre- (fol. 100) pitu festinent lotis manibus ingredi^g refectorium, salutantes crucem versis vultibus ad orientem, nulla- que^h audebit inaniter extra refectorium quicquam operis exercere vel morari, etiamsi domna abbatissa tardaverit. Cum autem secundo cymbalum sonuerit, stantes singulae contra sedilia sua, unaⁱ voce pariter dicant versus et orationem dominicam et data benedictione resideant, nec^k quicquam cibi vel potus aliqua praesumat accipere, donec^l lectio inchoetur vel domna abbatissa prius sumpserit. Ipsa^m tamen non tardet. De³ ceteris veroⁿ pulmentariis^o, que

a) 'protinus] pertinus' M. b) 'ebdomadariae] ebdomedariae' M.
 c) 'decantationem — hore] expletionem expectent in ecclesia psallentes in choro' B. d) 'audierunt' M. e) 'cito et' desunt B. f) 'ordinate] et' add. B.
 g) 'ingredi] introire' B. h) 'nullaque — resideant] et sedeant omnes ad mensam singuli ordine suo cum omni silentio' B.
 i) 'una] uni' M. k) 'nec — accipere] nullusque praesumat quidquam accipere cibi aut potus ante dominum abbatem' B. l) 'donec — sumpserit' desunt B.
 m) 'Ipsa — tardet] Ipse autem abbas non tardet accipere' B. n) 'vero' deest B. o) 'pulmentariis] pulmentis' B.

1) Vgl. Reg. Ben. c. 35. 2) Zu 'Ad horam — non tardet' vgl. Mem. Bened. p. 69. 3) Zu 'De ceteris — ministrando perveniant' vgl. ebendort.